Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



batur aut illum multa turba
ppli: et mulieres que plangebat
et lamentabat eum. Conuersus
aut ad illas ihs dixit. Filie
ierusalem nolite flere super me. sed
super uos ipsas flete et super filios
uestros quia ecce uenient dies in
quibus dicent. Beate steriles
et uentres que non genuerunt et
ubera que non lactauerunt. Tunc
incipient dicere montibus cadite
super nos: collibus cooperite nos
quia si in uiridi ligno hec fiunt
in arido quid fiet. Duceban
tur autem alij duo nequam cum eo
ut interficerent. Et postquam ue
nerunt in locum qui uocatur cal
uarie. ibi crucifixerunt eum et lat
rones unum a dextris et alterum ad
sinistris. Ihs autem dicebat.
Pater dimitte illis non enim sci
unt quid faciunt. Diuidentes
uero uestimenta eius. miserunt sor
tes. Et stabat ppls expectans.
Et deridebant eum principes cum
eis dicentes. Alios saluos fecit
si ipsum saluum faciat. si hic est xps
filius dei electus. Illudebant
autem ei et milites accedentes et
acetum offerentes illi dicentes.
Si tu es rex iudeorum saluum te fac
Erat autem et superscriptio scripta
super illum. Litteris grecis et la
tinis et ebraicis. Hic est rex
iudeorum. Unus autem de hijs qui
pendebat latronibus blasphe
mabat eum dicens. Si tu es
christus saluum fac temetipsum et nos
Respondens autem alter increpabat
eum dicens. Neque tu times deum
quod in eadem dampnatione es.
et nos quidem iuste nam digna
factis recipimus. Hic uero nichil
mali gessit. Et dicebat ad ihs.
Domine memento mei: dum uenie
ris in regnum tuum. Et dixit illi
ihs. Amen dico tibi. Hodie
mecum eris in paradiso. Erat autem
ferme hora sexta. et tenebre facte
sunt per uniuersam terram usque
ad horam nonam. Et obscura
tus est sol: et uelum templi
scissum est medium. Et clamans
uoce magna ihs ait. Pater
in manus tuas commendo spiritum
meum. Et hec dicens expira
uit. Videns autem centurio
quod factum fuerat glorificabat de
um dicens. Vere hic homo iu
stus erat et omnis turba eorum
qui simul aderant ad spectacu
lum illud. et uidebant que fie
bant percutientes pectora sua
redibant. Stabant autem